

nerikia. cum omnibus suis attinenciis contulimus ad habendum fruendum ac perpetuo possidendum. Mansio uero quam a nobis habuerunt. melior est ad ualorem. centum. decem. & septem marcharum. cum dimidia marcha. secundum computationem qui tunc temporis affuerunt Hij autem fuerunt presentes in nerikia. dominus philippus legifer. kanutus sacerdos. wiflucvi goddi. sturorbyorn. in engsyo autem presentes fuerunt. Dominus erlendus. Dominus. Bouo. de Rikæbast. kanutus sacerdos. N. legifer. sigge colli. Gunnar. skýalge. Vt Jgitur. inposterum. commutacio supradicta. prout racionabiliter facta est omnimodam optineat firmitatem. ad amputandam quamlibet in hac parte calumpniandi materiam. presentes litteras sigilli nostri munimine. duximus roborandam. Actum Anno. domini. M^o.CC^o.LXX^o.II^o. sexto. kal. aprilis.

Sigillet nästan oskadadt.

559.

1272 d. 9 Apr.

Forsith.

PETER ERNGISLASON'S tillägg vid ett förut upprättadt Testamente, anslående, utom penningar till andeliga och heliga landets hjälp, Edrastad, med undantag af en liten lägenhet, och hälften i Ingelstads qvarnar och fiske till Nydala kloster, der han ville blifva begrafven; samt Hinsekind till sin maka S. i ersättning för hennes auspråk på Ubby i Wärend; friheten åt en trälinna, jemte flere anordningar.

A. 3. x. 1: 47.

In nomine patris & filii & spiritus sancti amen. Ego. P. filius Æringisili graui tactus infirmitate testamentum meum statuj taliter ordinare de rebus meis & bonis mihi concessis. preter ea que prius in testamento meo legaueram in hunc modum. In primis ob mearum remissionem peccatorum. omnibus Claustris in Regno suetie constitutis. Monachorum uidelicet & monialium. predicatorum minorum fratrum singulis singulas marcas argenti confero. XII. solidis sterlingorum in marcha computatis. ad hospitalia uero sua . . . singulas marcas denariorum. ita quod sterlingi mei remanentes in Claustro Noueuallis monachorum ibidem deo seruiencium vsibus reseruentur apud quos mihi locum eligo sepulture. uolens ut ad edificia que magis sumptuose construi debent propter honorem gloriose uirginis marie cuius oratorium ibidem constructum est dicta pecunia fidelissime dispensetur. Item ob honorem eiusdem uirginis gloriose meorum etiam ob remissionem peccaminum fratribus memorate domus mansionem meam in edrastath cum omnibus pertinenciis suis confero iure quieto perpetuo possidendam. vnum tamen prediolum excipitur quod ibidem meo uillico me recolo contulisse. Item memoratis fratribus delego medietatem molendinorum in ingelstath & piscationis ibidem. Item uxori mee. S. dedi curiam in inzachind qua uolo quod contenta sit & ab impetitione curie que est in vbbý in wærandia penitus sit exclusa. Insuper quicquid . . . habueram in diuerso suppellectili uidelicet. in fabrefactis fibulis uel anulis de auro uel argento. in sellis & frenis & uestibus suis quibus usa est & eis quatuor quos

habuerat in suo comitatu totum habebit iure sibi quieto possidendum. S. & quicquid habet in curijs liberorum suorum in substancia mobili ius eidem confero possidendi. si tamen ab inpetitione bonorum mobilium que sunt in curiis meis propriis & heredibus meis attinebunt cessare uoluerit eadem ratione. Item mulierem quandam actenus iugo seruitutis pressam libertati restituo cujus nomen est helena. cum uno filio & tribus filiabus uel ab ea in posterum nascituris. Item pro redemptione uoti mei quo uoui me ierusalimam profecturum committo. P. uillico de forsith. XX. Marcas sterlingorum. XII. solidis in Marca computatis dandas in subsidium terre sancte. cui nichilominus pro sustentacione sua uel expensa confero pellium uariarum. VIII quadragenas & VI decades cutium quas exponet mercatoribus pro argento. In hujus rei testimonium huic carte sigillum meum appendi feci, ne quis in posterum possit hoc testamentum per me in tali necessitate factum in irritum reuocare. Datum Forsith anno domini. M°.CC°.LXX°.II°.V°. idus aprilis.

Sigillet bortfallet.

560.

1272 d. 26 Apr.

Bro.

Bisk. HENRICKS Stadga om DomProsttionden af Kanikerna i Linköping.

B. 3: 11.

Uniuersis presentes litteras inspecturis. He. dei gracia lincopensis episcopus salutem in domino ihesu christo Mota coram nobis inter dilectos filios prepositum lincopensem ex vna parte & capitulum eiusdem ecclesie ex altera. super decimis. ecclesiis parochialibus et quibusdam aliis. questione. Ex communi ipsorum petitione ac consensu super premissis propter bonum pacis et concordie quo eosdem. sicut decet membra vnus collegij in perpetuum coniungi uolumus & vniri taliter duximus statuendum ut predia que circa ipsam ciuitatem ad mensuram III:or thynionum propriis excolunt sumptibus & expensis canonici singuli a decimarum prestacione que perpetuo ratione cure parochialis debentur libera penitus habeant & exempta & de ceteris ex integro persoluant decimas memoratas. Ne processu temporis ampliatis canonicorum ibidem prediis contingat ipsam ecclesiam parochialem enormiter ledi per totalem subtractionem decimarum Statuimus eciam pre-textu huius ut canonici onus prepositi releuent facientes vicarios suos in ipsa ciuitate infirmos visitare si fuerint requisiti cum vicarij prepositi cui commissa est cura animarum tam ciuitatis quam parochie ruralis. iustis negociis fuerint occupati Si vero contingat quempiam canonicorum plures ecclesias parochiales in ipsa obtinere vna earum de iurisdictione prepositi exempta quam eligere voluerit alias eidem subiectas nouerit pleno iure. Hec